MONUMENTA
GERMANIAE

rinthie et comitatus terre tirolisque
iure hereditario spectare deberent ad
virum, cui prefata mulier, filia olim
ducis Karinthie, nuberet legitime ad
filium suum, marchionem prefatum,
et ad suos heredes in posterum perti„
nerent. Causa autem, quam dictus lu„
dowicus pretendebat auferendo uxo„
rem sepefatam filio regis bohemie
hec fuit, quia dixit ipsum fore im„
potentem. Et talis fama volabat
per totam terram et creditur fuisse vera,
quia hanc ipsa uxor firmiter testa„
batur. Sed quia ipse ludowicus non
debuisset hoc fecisse sine consensu
pape vel episcoporum ni^{si} prius per il„
los divorcium via iuris prehabita
fuisset celebratum. Ob istam cau„
sam odmarus, rex bohemie, et filius
suus Karolus, tunc marchio terre mar„
harie, cum ceteris amicis ipsorum
sepenarrato ludowico et filiis suis
suisque terris bella durissima move„
runt, per que bella sicut olim troia
per raptum helene, ita tota bavaria
et tota carinthia plurimis incendiis
spoliis et ensibus premebantur
<u>Versus prescriptos</u>. Deinde subiun„
gitur quis hunc tractatum composu„